



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CCCI. Ioannis Papae VIII. Ad Clervm Ravennatem. Vt Maimbertum quemdam, quem alias ab ecclesia Rauennate expelli iusserat, comprehensum, legato suo & Ioanni duci tradant, & ad se mittendum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

damus, vt eum in gremio sanctæ tuæ ecclesiæ benigne recipias, & monasteria, seu res quas illi tui occupauerunt ministri, libenti animo pro amore nostro præsentialiter reddas. Et quæ de ipsis rebus a tuis ablata sunt, modis omnibus restituas. Ita sane, vt ei deinceps ad nostras apostolicas aures non sit necessarium reclamare. Simili etiam modo tibi mandamus, vt Ioanni venerabili diacono, & chartulario ecclesiæ tuæ monasterium sancti Martini, quod a te dudum promeruit obtinere, de præsentî reddere studeas: nos enim hoc patienter ad te peragendum apostolica benignitate direximus. Verum, quod non credimus, si aliter fraternitas tua peregerit, hi nostri legati nostra apostolica auctoritâte, hoc proculdubio explere studebunt: quoniam iustum fore decernimus, eos post longa obsequia, & diuturna seruitia, quæ in sancta Rauennate ecclesia peregerunt, non solum digna remuneratione non priuari, sed potius acquisitis beneficiis alacriter gratulari: & in hoc ita peragat fraternitas tua, vt quæ a nobis pro ecclesiæ tuæ vtilitate petieris, assequi omnimodis valeas. Data v. Kalendas Septembris, indictione xv.

EPISTOLA CCCI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CLERVM RAVENNATEM.

Vt Maimbertum quemdam, quem alias ab ecclesia Rauennate expelli iusserat, comprehensum, legato suo & Ioanni duci tradant, & ad se mittendum curent.

Omnibus venerabilibus sacerdotibus, seu subdiaconibus, & vniuerso clero sanctæ Rauennatis ecclesiæ.

AVDITA sæpe afflictione atque miseria vestra, quam per Maimbertum Bononiensem clericum incessanter patimini, iam pridem nostram apostolicam misimus vobis auctoritatem per Ioannem diaconum & chartularium præcipientes, vt omnes vno animo constantique deuotione prædictum Maimbertum manifestissimum zizaniorum seminatore ab archiepiscopo, & a vestra sancta ecclesia, tamquam ouem morbidam expelleretis; sed mira-

mur quare hæcenus a vobis hoc prætermiffum fit; vnde nunc veftra iterum petitione moti, & diuino amore fuccenfi, per hanc noftram apoflolicam auctoritatem vobis omnibus præcipimus, vt relecta priori epiflola vnanimiter iuncti, & cum præfenti miffio noftra fideliter conglobati, eundem Maimbertum aduerfatorem veftrum, fi fponfe venire ad nos contempferit, vel in partem aliquam ire voluerit, audaciter comprehendere ftudeatis: & huic miffio noftra feu & Ioanni duci fideli noftra ad exigendum ab eo, fecundum noftram iuffionem, nobis ad deducendum contradite, ficur gratiam dei omnipotentis, fanctorumque apoflolorum & noftram vultis habere. Nam fi quis veftrum in hoc fe quoquomodo fubtrahens pro cuiuslibet rei gratia hanc noftram iuffionem pro ftatu & pace fanctæ Rauennatis ecclefie directam gratanter ad effectum perducere contempferit, & ex Dei omnipotentis fanctorumque apoflolorum Petri & Pauli, & ex noftra apoflolica auctoritate a vino & cocto etiam & a proprio ministerio fufpenfus maneat vfque ad noftram præfentiam. Data v. Kalendas Septembris, indiçtione xv.

EPISTOLA CCCII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD IOANNEM, MARTINVM, &c.

Eiusdem argumenti.

Ioannes epifcopus feruus feruorum Dei Martino, Ioanni, feu Demetrio, atque Romano gloriofis ducibus, nec non & aliis fidelibus noftris.

OMNIVM veftrum nofcatur fidelitas, quia fæpiffime Romanum archiepifcopum tam per venerabiles epifcopos, quamque etiam noftris apoflolicis literis admonimus, vt Maimbertum Bononiensem clericum a fua fupertiofiffima familiaritate feparaffet, & ad propriam ecclefiam, vt canonicum eft, remiffiffet, & ipfe Maimbertus multoties, vt recederet, a nobis eft proteftatus: fed minime acquiefcere noftræ voluerunt apoflolicæ iuffioni. Idcirco præcipientes præcipimus, & iubentes exprefse iubemus, vt vnanimes iuncti fimul cum ifto fideli miffio noftra,